

laborare: conemur ostendere cupiditatis iugum hunc
parturire laborem. Radix enim omnium malorum cupidi-
tas. sicut e diuiso radix omnium uirtutum caritas. Pro-
inde quādiu in ipsis anime p̄cordis radix hec uiru-
lenta resederit: licet sūmatim quidam ramusculi re-
cidant. germine rediuuio necesse ē alios pullulare:
donec radix ipsa euulsa radicitus. unde p̄nciosissima
uiciorum soboles oriatur: ultius non relinquatur.

Quod labor extior p̄ interioris qualitate formetur....

Sane labor iste de quo causamur non carnis s;
cordis est: sicut ⁊ requies de qua hic agimus:
cordis constat esse non carnis: quanquā extior labor
p̄ interioris qualitate formetur: nec dicendus sit extior
labor ullus. si intior fuerit nullus. Verbi gr̄a. Atten-
de uenatores ut aucupes. ut quoslibet talium uani-
tatum sectatores. Si exteriores corporis motus p̄sper-
eris: quid laboriosius? Si mentis qualitatē: quid de-
lectabilius? Id ipsum etiam in laudabilib; uidere fa-
cillimum est. Quantus ap̄lis labor extior cū in car-
cerem tradentur: cū astringerentur uinculis: cū fla-
gris acerrime cederentur: et tamen ibant gaudentes
a conspectu concilii: qm̄ digni habita sunt p̄ nomine
ih̄u contumeliā pati. Quā multis tunc sac̄legis sunt
pena: s; quia dissimilis consc̄ia: illi utrobq; miseri ⁊
intius ⁊ extius laborabant: isti ad intiore[m] regem.
in penis extiorib; exultabant. His ḡ diligent̄ inspec-
tis. patet p̄fecto nequaquā extiores corporis passiones